

**Charte d'érection de la Cure du Plessis-Brion.**

1233.

**SOMMAIRE**

Cette charte donnée au mois d'avril 1233 par Jacques de Bazoches, évêque de Soissons, érigea en cure une chapelle qu'avaient construit au Plessis-Brion Guy, chevalier seigneur dudit lieu, et Aveline, sa femme. Nous y apprenons qu'avant cette époque, le Plessis-Brion aussi bien que Saint-Léger-aux-Bois, faisaient partie de la cure de Montmacq.

*Jacobus Dei gratia suessionensis episcopus omnibus praesentes litteras inspecturis salutem in Domino. Universitati vestrae tenore praesentium volumus esse notum quod cum presbyter curatus de Montmacques nostrae diocesis parochianis de Sancto Leodegario et de Plesse, jura christianitatis tanquam parochianis sine diu consuevit exhibere et Dominus Guido miles et Avelina uxor ejus apud Plesseum quamdam capellam construxissent, nos considerantes et attendentes quod propter locorum distantias multa poterant provenire pericula, habito diligente tractatu cum priore et conventu Sancti Leodegarii in bosco, de quorum jus patronatus dicta constitit capella, etiam assensu et voluntate decani et canonicorum de Thorotae, qui habent jus patronatus ecclesiae de Montmacques et ejusdem loci presbyteri curati de dicta capella Plessei parochiale fecimus ecclesiam et matricam, ita ut quicumque ejusdem curatus fuerit presbyter priori Sancti Leodegarii fidelitatem faciat, et omnia jura parochiala villae de Plesse et villae Sancti Leodegarii, de quibus inferius fuit mentu possidebit de caetero et habebit, videlicet in villa de Plesse omnès oblationes et decimas minutias, quas ibi de jure possidebat prior Sancti Leodegarii et in pratis quae sunt inter nemus et Plesseum. Si etiam aliquando redigentur ad agriculturam in illis tantummodo decimas cum minutis decimis possidebit, et in magna decima de Plesse quoae est conventus et prioris Sancti Leodegarii habebit perpetuo duos modios bladii et duos sextarios pisorum, infra festum Sancti Martini hiemalis annuatim solven- dos. In villa vero Sancti Leodegarii habebit dictus presbyter de Plesse perpetuo tertiam partem in omnibus minutis decimis et omnes oblationes quae ad manum suam venient, vel capellani sui, vel alterius qui ad preces illius celebrabit praeterquam obla-*

tiones panis et vini et candellarum et etiam peregrinorum aliunde venientium in quibus ad quamcumque manum deveniant nihil peritus quocumque die vel tempore afferuntur habebit, exceptis candelis quae ex sponso et sponsa afferuntur quando nuptiae celebrantur. Praeterea in die nativitatis Domini et in die Paschae et Pentecostes et in festo omnium Sanctorum, tertiam partem solum modo habebit in oblationibus quae fiunt in ecclesia monachorum, exceptis ut dictum est candelis quas debent mulieres offerre in his quatuor solemnitatibus et oblationibus peregrinorum. Et secundum quod in eadem ecclesia monachorum nullo tempore sive die poterit celebrare nisi submissa voce, et in festivis diebus, nec submissa voce, nec aliquammodo poterit celebrare nisi pro corpore defuncto praesenti, vel pro muliere purificanda et tunc etiam submissa voce celebrabit.

Nos igitur attendentes quod redditus supradicti erant sufficienes ad sustentationem ejusdem presbyteri, statuimus et ordinamus quod prior et conventus Sancti Leodegarii ad quos ejusdem pertinet donatio per presbyterum ibidem institutum, vel per ipsius successores super ejusdem augmentatione beneficii non valeant inobstari, et quod ab ipsis augmentatio nullomodo requiratur, volumus et ordinamus quod presbyter de Plesseo et ejus successores presbytero de Montmacques, quicumque per tempora fuerit in nullo respondere teneatur, nec etiam parochiam de Sancto Leodegario et de Plesseo presbytero de Montmacques aliqua teneantur jura parochialia exhibere. Has autem omnes constitutiones et conventiones sapiens expressas concesserunt et laudaverunt capitulum suessionense et capitulum de Thorota et praesentibus litteris sigilla sua cum sigillo nostro apposuerunt in testimonium et munimen. Actum anno Domini millesimo ducennissimo trigesimo tertio mensis aprilis.

*Histoire généalogique de la Maison de France  
par le Père Anselme, t. VI, 630.*

Raoul de Sores, dit d'Estrées, maréchal de France, confirma l'an 1266, avec sa femme à l'abbaye de Saint-Crespin-en-Chaye, la vente que Geofroy de Mortemer, vicomte d'Acy, et Hersande de Busancy, sa femme, firent à cette abbaye de ce qu'ils avaient au village de Chavigny-le-Sor, à Vaux et à Millancourt.